

Alexander IV. papa, archiepiscopo Rigen:  
si permittit, ut Wathlandie, Ingrie et  
Carelie populis ad fidem conversis, episco:  
pum preficiat.

259

Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum,  
ut cum pagani Wathlandie, Ingrie et Carelie tue  
provincie, inspirante illo, qui omnem hominem  
in hunc mundum illuminat venientem, apertis  
intelligentie oculis, idolorum cultu relicto, baptismi  
velint suscipere sacramentum, preficiendi eis, post-  
quam baptizati fuerint, aliquem virum ad hoc ido:  
neum in episcopum et pastorem, qui eos verbis et  
exemplis salutaribus instruens, animas lucrificat  
eorundem, maxime cum iidem pagani, id a te, sicut  
assenis, instanter exposcant, licentiam tibi concede:  
re iuravimus. De tua itaque circumspectione ple:  
nam in Domino fiduciam obtinentes, licentiam  
tibi, auctoritate presentium, postulata concedimus,  
sine iuris preiudicio alieni. Datum Anagnie ter:  
tio idus Augusti, anno primo.

Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.